

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
DE

HYDROPE,

QUAM
DIVINA FAVENTE GRATIA,
RECTORE ERFORDIENSIS ACADEMIÆ
MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ ATQUE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTI-
TIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESJARUM, MOGUNTINÆ ET TRE-
VIRENSIS CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI-
EPISCOPO; HMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSI-
LIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIÛVE ERFURTENSIS
PRO-PRINCIPE,

EX DECRETO AMPLISSIMI MEDICORUM ORDINIS
IN PERANTIQUA ELECTORALI HIERANA,
SUB PRÆSIDIO

DN. JUSTI VESTI. MED. DOCTORIS,
PATHOL. ET PRAXEOS PROF. PUBL. ORDINAR. FACULTATIS MEDICÆ
ADSESSORIS GRAVISSIMI,
DOMINI PATRONI AC PROMOTORIS OMNI HONORIS CULTU
PROSEQUENDI,

PRO GRADU DOCTORALI
SUMMISQUE IN ARTE MEDICA HONORIBUS ET PRI-
VILEGIIS LEGITIME OBTINENDIS,
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOH. STEPHANUS PLIZIUS, LIPS.

DIE XXVI. SEPT. ANNI MDCCXII.
IN AUDITORIO MAJORI HORIS CONSUVETIS.

Typis JOH. HENR. GROSCHILL, Acad. Typogr.

OPPERINO MEDICI INVENIENS

HYDROPE

OP

OPPERINO MEDICI INVENIENS
OPPERINO MEDICI INVENIENS
OPPERINO MEDICI INVENIENS
OPPERINO MEDICI INVENIENS

PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA

PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA

PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA

PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA

PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA

PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA
PHILIPPO WILHELMO S. R. ACAD. DE BOHEMIA



agrotant
na nam
varia t
mutati
latam q
experiri
In tant



I. N. J.

PROŒMIUM.



Uod sapientissimus ille Eth-
nicorum, Seneca, Hominem
Vas fragile, corpusque in
omnem fortune contume-
liam projectum, omniumque
calamitatum hospitium ve-
rè dixerit, id nos indies tot
agrotantium & morientium docet varietas. Flu-
xa namque fragilisque humani generis Natura
variis tantisque post lapsum primorum Parentum
mutationibus semper fuit obnoxia, ut omnium a-
tatum calamitates, infirmitates ac agritudines
experiri nobis hæcenus nondum fuerit concessum.
In tanta verò hominum miseria Ipse altissimus

creavit de terra Medicinam, quâ Medicus peritus infelices istas morborum Myriades depellere queat. Et dum ego Studium medicum hæcenus per plures annos aggressus, nunc jussu Graciosissima Facultatis Medica Thema quoddam Medicum publico Eruditorum examini subicere teneor, placuit ex hoc ingenti morborum farragine unicum, notum quidem, dirum tamen affectum, Hydropem puto, hac in Dissertatione Inaugurali accuratius paulò examinare, ejusque Naturam & Curam, quantum quidem per ingenii tenuitatem licebit, proponere, quod ut cedat feliciter, faxit Supremum Numen!

§. I.

Affectus suscepti denominationi seu Onomatologiæ pluribus immorari, ibique tanquam re obvia & inutili, scrupulos movere, erit nodum in scirpo quarere. Sufficere hinc poterit uno verbo monuisse, Vocabulum Hydrops græcum esse, & ab ἕδρα aqua, & ὄψις facies derivari, quod nihil aliud denotat, quam vultum seu faciem aquosam, quia vividus & floridus faciei color in deteriorem, si morbus invadat, mutatur. Latini appellationem etiamnum immutatam

tatam usurpant , ac generali nomine Hydropem & Hydropisim vocant. Dicitur aliàs Latinis verbis Aqua intercus , vel Aqua inter cutem , quod Græcis *ὕδρες* , tumor nempe partium Corporis externarum ab aquarum nimio proventu obortus , Germanis communiter omnis audit *Die Wasser-sucht*.

§. II.

Seposito sic nomine , potius recto tramite tendimus ad Pragmatologiam , & describimus vi nominis affectum nostrum historicè , quod sit tumor plus minus universalis aut multarum ad minimum Corporis partium à serosa collectione principium ducens , qui tumor mollis , pallidus ac ita turgidus , ut si digitis paulò fortiùs tangatur , foveam seu factæ impressionis vestigium post se facile relinquat , quæ tamen breviter ad reliquæ partium planitiam redit atque assurgit.

§. III.

Quamquam verò variæ , pro varia Practicorum sententia , leguntur definitiones , rationi tamen conforme mihi videtur , Affectus hujus formalitatem consistere in stagnatione seri seu lymphæ , ex qua colluviei serosæ collectione modò totum corpus , modò infimus venter , modo caput , modo pectus , modo partes reliquæ corporis inundari aut tumore affici queunt. Sicque ex diversa ad diversas corporis cavitates vel partes aquarum depositione diversæ semper oriuntur Hydropis appellationes seu differentiæ.

§. IV.

Harum differentiarum seu specierum præter quotidianam Praxin, ab Autoribus recensentur multæ, quæ tamen omnes vel loco seu parte affectâ, vel materiâ vel causâ differunt; hincque vel universalem, vel particularem Hydropem constituunt.

§. V.

Universalis nomine venit Anasarca seu Leucophlegmatia, quando totius corporis habitus tumidus pallidusve apparet, immunibus ferè cavitatibus; at contra Ascites est collectio feri in abdominis cavitate ad pedes usque non raro sese extendens. His cæteræ particulares, v.g. Capitis, Thoracis, Scroti, Uteri, pedum &c. Hydropis species sunt annumerandæ. Notandum saltem est, Tympaniten, seu abdominis distensionem à flatibus, cum Ascite ut plurimum misceri, & raro hunc solitarium existere.

§. VI.

Omnes autem prædictas Hydropis species in præsentia attendere, à forma dissertationis alienum judico, ideò primarias saltem, Anasarcam & Ascitem, utpotè in quibus reliquæ particulares omnes ratione materiæ seu causæ consistunt, breviter ulteriùs examinabo.

§. VII.

Et quanquam rem hic invenio maximè intricatam atque difficilem, propterea tamen illam non

non deferam, nisi de mali quoque remedijs desperare, & Andabatarum in morem clausis oculis pugnare velim. Metum omnem subjicit pedibus accurata causarum cognitio, quas causas juxta normam fundamentalem afferre conabimur.

§. VIII.

Causam proximam, immediatam seu continentem statuimus esse abundantiam feri stagnantis, sive sit extravasata ex vasis lymphaticis, sive in iis restagnans. Quod si enim lymphæ a quacunque causa fluiditatem suam perdidit stagnatione & congestione sua vasa rumpit, & quæ datâ portâ vel in cavitatem thoracis aut abdominis propullulat, & abdomen intumescere facit; vel etiam extra cavum inter muscutorum abdominis aut ad aliarum fibrarum musculosarum interstitia effunditur, eaque ita distendit, ut partes in ingentem sæpè molem excrefant.

§. IX.

In causarum remotarum ordine consideranda veniunt omnia illa, quæ lymphæ motum turbare, eam incrassare, vel acriorem reddere possunt. Ex his autem potissimum se offerunt, Res Naturales, Non-Naturales & Præternaturales.

§. X.

In Naturalibus videbimus omne temperamentum, omnem ætatem & sexum ad hunc morbum esse proclivia, nisi quod ei magis obnoxia sit virilis ætas maresque præ fœminis, id quod de universa.

versali intelligendum; in particulari pars affecta sequitur Sexum. Cæterum temperamenta frigida & phlegmatica dicta ob particularum Δ rum defectum, & habitum serosorem, indeque morûs tarditatem ad obstructions procliviora esse, constat: interim tamen & in confesso est, calidum & ficcum Temperamentum admodum facile ad Hydroperam posse disponere corpus, quoniam ejusmodi subjecta plerumque in hauriendis potulentis, aquosis pariter ac spirituosis, minus temperantes, quibus assumtis, seri abundantia ita colligitur, ut vasa obstructa ad rupturam usque distendantur. Qui verò liquoribus spirituosis nimium indulgent, certò certius tandem hydropem habent pedissequum; quatenus tali spiritus vini aut frumenti abusu oscula vasorum coarctantur, ut chyli partes laudabiles excludantur, admisis saltem aquosioribus, ut hinc chylificatio manifestò turbetur. Nec opus hic ad lympham gastricam viscidam ac gelatinosam, ut ad transcolandum planè ineptus existat chylus, cum *Listero Exercit. Med. de Morb. chron. p. 5.* & *Deckerò in Pr. Barbett. l. 4. c. 4.* confugere.

§. XI

Sic atatis ratione, laborant hoc morbo infantes, pueri, juvenes & senes; hanc tamen differentiam annotavit *David Lips. Iseanus in Tract. de Hydropisi*, inquires: *Sarcites familiarior est pueris ob voracitatem, & virginibus pubescentibus, cum circa*
men.

menstrui tempus vel corrumpunt sese, vel materia excretionem impediunt. Juvenibus usque ad ^{adulescentiam} Tympanites. Senibus vero Ascites. Quæ quamvis quandoque, non tamen semper locum habent. Sexum denique quod attinet, aggreditur hic morbus plerumque Viros, ut diximus, rarò fœminas. *Mercurialis* contra, & clarissimus *Sydenham* in ea sunt opinione, Sexum muliebrem magis huic malo obnoxium esse, quam virilem, cujus verò causâ non adeò patet, nisi aliter rem se habere in Italia aut Anglia, quam in Germania velimus asserere.

§. XII.

Ex Causis Non-naturalibus primo loco sese offert Aër. Hunc in affectu hoc gignendo augendoque multum posse, non ibimus inficias. Certum enim est alio sub aère degentes & educatos aliis quoque laborare malis. Unde meritò colligimus, aërem ambientem diversum corpora nostra disponere ad hunc vel alium affectum recipiendum. Etenim non humidus solum, pluviosus, crassus ac nebulosus variis miasmatis imprægnatus Aër, inspiratione in Corpus si assumatur, lympham ita alterare & obviscare potest, ut stagnationi tumoribusque ansam facile præbeat; Sed frigidus quoque constringendo poros corporis, sicque insensibili illâ transpiratione sufflaminatâ, tumorum horum autor pessimus non rarò existit.

§. XIII.

Cibus & potus quamvis pro nutritione corpori

pori nostro inferviant, in censum nihilominus veniunt: quoniam in eorum quantitate & utendi modo ut plurimum peccatur. Tale verò peccatum seu excessus & abusus alimentorum, multorum malorum rudimenta esse, nulla indiget probatione. Quid sanitatem citius destruere, sanguinem inquinare acrioremque reddere aut corpori nostro facilius inferre potest cacochymiam, quàm nimia pravorum ac inconvenientium alimentorum ingurgitatio, frequentiorque falsorum, acrium ac aliorum crudorum & intemperatorum usus, utpotè quæ omnia magnam in corpore gignunt perturbationem. In primis verò usus acidorum nimius, Aquæ intercutis proventui maxime aptus est. Et ex abusu quidem acetarii & cucumerum sale conditorum, assumto insuper cerevisiæ haustu, Levophlegmatiam ex improviso obortam non in uno Subiecto annotavit, & successu felicissimo curavit *Excellentissimus D. Rivinus, Preceptor meus nunquam non singulariter colendus.* Verbo, qualis cibus, talis chylus, qualis chylus, talis sanguis, qualis sanguis, talis lymphæ. De cibo quæ jam diximus, intelligenda quoque sunt de potu. Omnia enim potulenta, spirituosæ præprimis, prodigiali manu avidè deglutita, corpus ad cachexiam disponere valent promptissimè. Imo tales bibones de die in noctem & de nocte iterum in diem omnis generis potulenta immodicè ingurgitantes, præmii loco pedes tandem cædematosos

tosos reportare ; Imò progressu temporis ipsam
incurrere Hydropem , quotidiana loquitur expe-
rientia.

§ XIV.

Motus & quies, Somnus item vigiliæ , uti pa-
ri fere passu ambulant, ita in eorum erroribus, sive
in excessu, sive in defectu commissis invenimus
causas Hydrops: quatenus in motus defectu &
somno nimio multi & serosi humores cumulan-
tur, evacuationes retardantur, undè cachexia ori-
tur, cujus pedissequus sæpissimè est Hydrops.

§ XV.

Excretorum & retentorum etiam hic habenda est ratio. Cujuscunque verò hæc sint nominis, nisi ad leges à natura præscriptas sese habeant, morborum materia fiunt. Serum enim, si per cutis poros insensibili transpiratione non evaporat, nec cum urina sufficienter evacuatur, restagnat, & aliorum viam quærit : viâ autem non concessâ, in ipsis partibus subsistere cogitur.

§ XVI.

Animi Pathemata, quantum, si modum trans-
cenderint, in hoc affectu excitandq̄ valeant proli-
xa explicatione non indiget, cum & illa suum ha-
beant dominium in humores & Spiritus. Terror
in primis, mœror atq̄ tristitia autores & fulcra
morbi hujus dici merentur. His siquidem machi-
na corporis nostri à statu naturali illicò dejicitur:
quatenus commotionibus his intenti Spiritus, re-
ctores

ctores nostri corporis à functionibus suis naturalibus in ideas alienas abducuntur, quo ipso post habità ciborum digestionem, sanguinis & chyli distributionem, ejusque & lymphæ motu, perque excretoria organa depurationem, domicilium ipsi destruunt, adeò, ut mirum non sit, si hinc ad spissitudinem & lentum motum, vel acrimoniam variam tum disponantur humores, obstructions, motus horum obices gignantur, sicque variis in futuris malis causam ac fomitem porrigant.

§. XVII.

Agmen causarum reinotarum claudunt tandem Res præternaturales. Possent heic infiniti numeri ac generis phænomena viscerum ac partium à textura naturali recedentium, tanquam causas Hydropem excitantes allegare, quatenus huc spectant Febres diuturniores & acutæ, langviores ventriculi, ejusdem cum intestinis abscessus, tumores item & scirrhi jecoris, lienis, ventriculi, mesenterii ac uteri, profusiones sanguinis vehementiores, vulnera, casus ab alto, & alii vix enumerabiles morbi, qui omnes affectum nostrum plerumque præcedere solent: de quibus legi merentur *Hildan. Cent. II. obs. 29. Heurnius obs. 6. Schenkius Lib. III. obs. 6. & 7. Bonnet. Anat. Lib. II. obs. 24. Hæchstetter. Decad. X. obs. 7. Forest. L. XIX. obs. 14. Rondolet. Pr. p. 38. Horst. 9. obs. 13. River. Cent. 2. obs. 53. M. N. C. Dec. Ime An. IV. obs. 148. & An. III. obs. 180. Plater. obs. L. III. p. 634. Tulp. Lib. II. obs. 33.*

§. XVIII.

Diagnosin quod attinet, cognoscitur hic morbus non semper adeo facile in principio, imo vix ac ne vix quidem imminentem ac fientem prævidere valebimus, quoniam graviditas, obesitas, flatus & alia Medicum nonnunquam reddunt dubium. Interim tamen si iudicium quoddam formare velimus, ad dolorem quendam obrutum, gravativum, & quasi compressorium attendamus necesse est. Item an pondus aliquod aggravans in abdominis cavitate percipiatur? Certiores verò reddimur ex diligenti attentione signorum tum propriorum, tum communium. Sic dolor in latere dextro, vel sinistro, appetitus prostratus, color totius corporis, vel maxime in vultu circa oculos lividus & plumbeus, inflatio oculorum, pedum, interdum quoque manuum, sitis implacabilis, tussis sicca & spirandi difficultas, urina modica, nec raro subrubens plerumque pro signis habentur communibus: quæ tamen nec necessario aderunt omnibus speciebus, nec omni tempore. Hæc tamen mala si adsunt, & diutius affligunt hominem, certò certius Hydrops sequi solet. Signa verò diagnostica propria uniuscujusque speciei. Anasarca, Ascitis &c. cognitu non sunt difficilia, utpote quæ in sensus magis incurrunt. Dum enim totum corpus pallidum intuentibus apparet, omnesque corporis partes quoad faciem, brachia, pedes atque abdomen æqualiter intumescunt cum lasitudine & totius gravitate, de

Anasarca nullo modo dubitare poteris. Idem Judicium esto de Ascite. Si æger tumorem persensit partium inferiorum, Ventris, Scroti, femoris cum superiorum gravitate, cui tumori ex digito impresso fovea remanet, si abdomen ita distenditur, ut in ejus cavitate, ægro præprimis in alterum latus sese convertente, fluctuatio & motus aquæ notabilis percipiatur; si sitis illum urgeat continuò, & quæ sunt reliqua: quæ cum omnia per se luculenter pateant, lubens prætereo.

§. XIX.

In discernendis hisce Signis diagnosticis prudenter & circumspèctè sese gerere decet Medicum, ne ignominia maculâ sese imbuat, suamque existimationem famæ discrimini exponat: quoniam Hydrops in Sexu muliebri graviditatem nonnunquam mentitur. Ipse novi Practicum, qui pro perito alias haberi vult, crassissimum tamen errorem judicando committebat; accedente eum femina, ingenti Corporis mole affectâ, minusque certâ, an grvida, an tumore quodam hydropico laboraret, consilium ergò seu judicium medicum anxie ab illo quærebat. Medicus hanc intuens, illicò hydropicam, minus verò gravidam pronunciabat, cum tamen brevi post felix infantulus excluderetur utero, quo excluso, à morbo erat sanata. Signis proin distinctivis Medico maximè opus esse, historiâ hâc edocemur.

§. XX.

§. XX.

Eadem Circumspectione uti Medicus debet in Prognosi, utpotè ex qua Medicus expertus & doctus cognosci potest, juxta *Botaldum de Medici & ægri munere* §. 22. Secure verò incedit ille, qui vel mortem, vel salutem ægrotis haud indiscriminatim prædicat. quoniam in hoc nostro affectu, modò bonum, modò sinistrum videmus eventum. Sic ab initio morbi non quidem difficillima est hydropis curatio in subjectis præcipuè junioribus, ubi vires adhuc sunt integræ; si respiratio non sit admodum difficilis, urina largiori adhuc copiâ excernatur, ortusque fuerit à nimia potulentorum ingestione, si tussis sicisque non adeo urgeant, nec vasa lymphatica ad rupturam pervenerint, tunc animus spe salutis erigi potest. Quod si verò malum jam sit inveteratum cum Phthisi, Dyspnœâ, tussis ac summa difficultate respirandi conjunctum: si glandularum mesenterii, aliorumque viscerum obstructions, scirrhi partium internarum, mentium stagnationes contumaciores, Vasorumque lymphaticorum dilacerationes præcesserint, omnis curationis spes tollitur. Et quanquam tales hydropicos quandoque restitutos experientiâ observamus atque legimus, plures tamen moriuntur, quàm sanantur. Paucis: Omnis hydrops est periculosus; maximè verò inveteratus.

§. XXI.

Misis his, consveto ordine ad curam me accingo,

cingo, quæ in eo præprimis fundatur, ut lymphæ stagnantis circulatio promoveatur, extravasata dissipetur aut evacuetur, massa sanguinea à partibus peregrinis, viscidis potissimum acidisque vindicetur & purgetur, membris denique debilitatis pristinum robur restituatur. Remedia verò hisce indicationibus satisfaciencia ex triplici fonte hætenus usitato apparebunt; Chirurgico nimirum, Pharmaceutico & Diætetico.

§. XXII.

Inter remedia Heroica, quæ Chirurgia nobis subministrat, primum locum sibi vindicat Venæ sectio, magni aliàs in Praxi usûs. Hæc an conveniat in nostro affectu, meritò disquiritur. Practicos hac de re si adeamus, videbimus certè laudari ab his, culpari ab illis. Et cum Sanguis in principio semper non infectus sit, imò vix ullum sæpius indicans Venæ sectionis, Plethora nimirum, hæc adsit; in incremento verò aut consummato vix sine virium jactura sanguis detrahi possit, & nos illam inutilem, imò plus damni, quam commodi, inferre putamus. Solam Leucophlegmatiam, si ex retentione hæmorrhoidum, vel mensium, vel alia quadam causa plethorica excitata sit, sanguinis detractione indigere, scripsit *Nic. Pissò Lib. III. de Morb. cogn. & cur. c. 32.*

§. XXIII.

Scarificationum, Setaceorum, Fonticulorum, causticorum & Vesicatoriorum usum quod concernit,

nit, nisi hæc initio adhibueris & præservativè,
postea minus erunt proficua. Et quanquam ex-
perientiâ constat, magnam satis seri copiam per
vulnuscule, hisce operationibus inflicta, interdum
fuisse eliminatam, eâdem tamen experienciâ et-
iam atque etiam animadvertere licuit, brevi post
dolores, inflammationes, gangranam, Sphacelum,
ipsamque demum mortem presso pede fuisse sub-
secutam. Tragica horum exempla videsis in *Con-
sult. Med. Zechii, Consf. 22. p. 214. Hild. Cent. 4. obs 73.*

§. XXIV.

Ad Lympham promovendam atque repel-
lendam in vasa sua lymphatica utimur quandoque
tum deligationibus cum fasciis ab infra sursum
adhibitis; tum frictionibus quoque linteis mol-
lioribus calidè institutis. Et harum quidem be-
neficio pori cutis mirificè aperiuntur, humores-
que serosi subsistentes atque stagnantes discutiun-
tur atque fluxiles redduntur: Illarum verò admi-
niculo laxitati fibrarum optimè succurrimus, quò
Serum stagnans à vasorum extremitatibus commo-
diùs resorberi, & ad canales & receptacula sua
protius reduci queat: hac tamen cum cautela, ne
arctius aut nimis strictè partem ligemus, malum
aliàs certo certius adaugeretur.

§. XXV.

Ex Paracentesi Thoracis vel abdominis
quid consilii auxiliique sperare liceat, Experien-
tia optima erit magistra. Juxta hanc verò ob mul-
tas

tas difficultates multaque pericula usus ejus tanti adeo deprædicandus non erit. Sunt quidem, qui operationem hanc chirurgicam in pectoris hydrope tanquam præsentaneum remedium observârunt. *vid. Rondelet. Meth. cur. L. 1. cap. 26. Scultet. Armament. Chirurg. Barthol. Anat. Hafn. obs. 8. River. obs. Sylv. de Hydrope & Morb. epidem. Barbett. Lib. 1. chir. Meckers obs. chir. Willis. aliosque.* Sunt è contrario alii, qui cum *Tulpio Lib. II. obs. 38. Sydenhamio, Listero* parùm aut nihil eam æstimant. Nos neque plane hanc operationem rejicimus neque omnino approbamus. Interim cum extremis morbis juxta *Hippocratem* extrema remedia quoque sint optima, præstabit anceps auxilium, quàm planè nullum, ægrumq; simpliciter derelinquere deploratum, præfertim si operationem hanc generosam cum *Ambrosio Paræo Chirurg. Lib. 7. c. 12. & Hieronymo Mercuriali Med. Pract. Lib. 3.* non nisi conditionibus sequentibus administremus: ventre nimirum ab aqua valdè gravato, viribus integris, visceribus adhuc salvis, febre absente, ægroq; nondum emaciato, nec in agone constituto.

§. XXVI.

Sed cum scopo nostro solis operationibus Chirurgicis haud-quaquam satisfieri posse putemus, mittendo palliativam curam ad Pharmaciâam properamus. Hæc autem ad curandum Hydropem varia nobis suppeditat medicamina, pro varia intentione Medici, cuivis tamen indicationi appropri-

propriata. Et quoniam hic tres potissimum statuimus indicationes, quarum prima esto *Seri visciditatem attenuare, ejusque acrimoniam corrigere, 2. correctam atque preparatam per vias debitas convenienter eliminare, & 3. membri debilitatis robur pristinum restaurare*: hinc triplex quoque remedium nobis erit consideratio, quæ corrigendo, evacuando & confortando suam locabunt operam.

§. XXVII.

Lentorem *Seri* corrigunt amara & aromatica, salina, martialia & reliqua, quæ vim habent aperiendi & resolvendi, sc. *Abinthium, Centaur. minus, Scolopendrium, marrubium, fumaria, Veronica, Satureja, Beccapunga, nasturtium, Cortex fraxini, tamarisci, Guajacum, Sassafras, Rad. ari, raphanus, allium, Baccæ juniperi, lauri, Zedoaria, galanga &c.* Fus vitriolatus, Arcanum duplicatum, Liq. Frc foliatæ Fri , F ri per deliquium, A O A C i, simpl. & aromatizatus, Zin ct. F ri, Zin ct. F ris c. vino malvatico vel succo pomorum parata, *Limatura & crocus Fris aperitivus, flores Oci chalybeati*, & quæ ex *chalybe* preparata prostant. Hæc autem omnia non promiscuè, sed pro vario subjectorum discrimine, & pro ratione circumstantiarum poterunt convenire.

§. XXVIII.

Humoribus sic preparatis, meritò tunc ad evacuantia, purgantia nimirum, Sudorifera & diuretica progredimur, incipiendo semper à mitioribus, ne vires ægri infringantur, & viscera adhuc magis debi-

debilitentur. Conducunt ergo primò laxantia, quæ primas vias ab infarctu vitioforum humorum liberant, abstergunt, ne hic morbi fomes sanguini ac lymphæ magis communicetur. Præ cæteris commendamus ex Massa pil. ꝑr. *Schræderi, pil. aloet. de hiera cum Agarico, Electuarium Hydragogum, passul. laxat. aut pruna cum fol. Senn. aut Rhabarb. Elix. propriæ cremor. & crystall. ꝑri, ꝑviriola. ꝑum tartarifat. mechoacannam, aut pro re nata Fortiora, Resin. Jalapp. Scammon. ꝑum dulc. magist. G. G. Succ. Treos nostr. Extr. Esule &c.* Ex quibus variæ pro arbitrio & prudentia Medici concinnari possunt formulæ, cunctis hydropis speciebus ac ægrotantium viribus congruæ. Et quanquam empyricorum turba indifferenter drastringa sua remedia adeo solenniter deprecare solet, utpotè quibus multos sæpè sanatos gloriantur, plurimos tamen ad tumulum usque curatos sapissimè quoque experienciâ teste, perspeximus. In super & hoc me non latet, omnium ferè Practicorum sententiam in eo collocatam esse, medelam Hydropicorum sine purgantibus inutilem esse minusque salutarem, sed hæc opinio experienciæ repugnare videtur In Anasarca locum illam invenire posse, nullus dubito: at verò in Ascite, ubi lymphæ intra abdominis cavitatem fluctuat, sicque malum à ruptura vasorum lymphaticorum, à phthisi, vel viscerum induratione aut inflammatione ortum traxerit, maturè ab illis, multò magis emeticis erit abstinendum, nisi malum exasperare atque symptomata pejora excitare velimus. §. XXIX.

§. XXIX.

Tentanda præterea est aquæ eductio per dia-
phoretica & diuretica, quæ operationem suam eva-
cuatione materiæ aquosæ, pituitosæ aliussvè excre-
menti hydropici egregiè præstant. Et quanquam
corpora hydropica difficulter ad sudorem compo-
nuntur, ab iis tamen abstinendum non est, dum &
illa maximè salutaria sæpius deprehendimus, præ-
primis in hydrope recenti, ubi malum nondum al-
tiores egit radices, serumque motum suum non
planè amisit, sæpius sine ullis aliis catharticis ma-
lum cessasse, ipse sum expertus. Sunt autem ex
Sudoriferis, *Antimonium diaphoreticum*, C. C. f. ∇.
trochisci de vipera, *Sia fixa omnia* & *olea destillata* &c.
Quæ quidem omnia juxta naturam & sexum vari-
orum subjectorum semper sunt disponenda. Qui-
bus verò in lecto sudare per naturam est denega-
tum, illi comodissimè in balneo Laconico, è quo æ-
ger caput exerit, sudorem per vices assumpto pri-
us medicamento provocare possunt.

§. XXX.

Hiscæ junguntur Diuretica remedia laudatissi-
ma, in quorum legitimo usu unica ferè reconva-
lescentiæ spes sita est, quatenus serum ad renes pro-
movent ac divertunt, quò per ordinaria loca eva-
cuari commodè queat. Palmam præ cæteris hic si-
bi vendicant, quæ Ole suo volatili & fixo abundan-
tiam seri vitiosam emendant. Ex generalioribus
autem sunt *succus chærefolii*, *petrosilini*, *leccabunge*,

nasturtii, raphani, allium, scordium, cepa, bacca juniperi, lauri, alkekengi, Lumb. Vires, Stipitum fabarum, absinthii, geniste, Orosa, item ac olea destillata, Zinz. Amelung. *¶* *Tri, millepedes & ipse cantharides*; quæ posteriores, licet pro intuto medicamento habeantur; à Practicis tamen quibusdam peritis feliciter adhibitos fuisse, observavimus. In hisce autem omnibus uti gradualis semper quoad effectum observatur differentia; ita pro ratione causarum nunc æc, nunc illa propinanda censentur.

§. XXXI.

Partium denique affectarum tono laxato ut prospiciamus, ultima indicatio curatoria nunc pulsat. Succurrimus verò tali laxitati fibrarum seu membris laxioribus atque debilitatis per roborantia seu nervina, eaque vel interna vel externa. Inter tonica interna refertur *absinthium* ejusque *succus & conserv.*, & inde paratum vinum & cerevisia, eaque omnia, quæ viscera confortant, sangvificationem adjuvant, uberioremque copiosioris lymphæ subsistentiam impediunt, quibus immorari non necessarium existimo, cum magnus apud Practicos profset numerus. Externè commendamus *Empl. hyaropicum Augustanorum, de Baccis lauri, Empl. diaphoret. Mynsicht. de Cicuta, de Minio, Oxycroceum, Dia-japonis in pharmac. Londinens. descriptum, & sat. & juniperi, Decoct. fol. Quercus, Lixivia cinerum, Decoct. Calc. viv. &c.*

§. xxxii, In-

§. XXXII.

Inter reliqua externa topica, quæ usum sæpè nobilissimum præstant, numerari possunt vel decoctiones in aceto, lixivio, aut vino rubro herbarum roborantium aut etiam leniter adstringentium, vel suffitus ex *succino, myrrha, olibano, styrace calami*, aliisque, utpotè quibus tanquam particulis alcalinis volatilibus partes relaxatæ ita stimulantur atq; corroborantur, ut ad tonum pristinum faciliè redeant. Ultimò tandem, cui volupè est, confugere licet ad Thermas naturales, exsiccandi atque adstringendi virtute gaudentes, quibus etiam substituuntur balnea artificialia ex *Are, alumine, & Oetro* parata.

§. XXXII.

Restat denique cura diætetica, quæ si in ullo alio, in hoc certè morbo, erit necessària quoniam Hydrops curatus admodùm faciliè recidivæ obnoxius est. Consistit autem illa præprimis in abstinentia à potu nimio & dextro rerum non naturalium usu. Aër itaque nebulosus & frigidus evitetur; eligatur è contrario purus, calidior atque subtilior. Vitanda sunt omnia acida, falsa, viscida, glutinosa, lacticina, leguminosa, flatulenta, quia viscidum sanguinem & pituitosum Corporis habitum inducunt, sicque ad obstructions pariendas apta sunt. Somnus non sit nimius,
motus

motus blandus , vita sedentaria & otium atro no-
tentur carbone, in omnibus reliquis corporis ani-
mique motibus semper moderatè se gerat æger.
Atque hæc sunt , quæ pro ratione instituti & in-
genii modulo de immanissimo hoc affectu dicere
nobis licuit. Summo Archiatro pro præ-
stita hucusque opera sit Laus, Ho-
nor & Gloria in sem-
piternum !





Ad Nobilissimum

DN. CANDIDATUM.

Est eadem mecum Tibi patria,
Lipsia nempe,
Nomine non uno sat celebra-
brata diu.

*Sed natale solum tam clarum, sorte
favente,*

*Nobis haud frustrâ contigit. Er-
gò caves:*

*Ne pudeat, Patriæ zizania forsan
amarâ*

Produxisse loco frugiferæ segetis.

D. Augustus Quirinus Rivinus.

D

Laurea

LAurea jamdudum vestro sacra-
ta labori,
Hinc illam capiti præbet Apol-
lo tuo.

Gratulor inde Tibi, Studium Deus
ipse secundet,
Tunc tua, si faciet, Laurea lau-
rus erit,

Scrib.

G. A. Luja, D.

UT possis, mi PLIZ, hominum
prodesse saluti,
Quâ docte polles, Arte saluti-
fera:

Ambis promeritos jamdudum hos
Artis honores,
Qvos Hygea offert gratificante
manu,

Gratu-

Gratulor ergò Tibi , felicia tem-
pora nunc Te

Excipiant, faveat Gratia Dia Tibi;
Absint mortiferi morbi , Casusque
sinistri :

Ast adsint semper candida Fata
precor!

His paucis Nobiliss. atq; Experientiss.
Dn. Doctorando, Amico suo æ-
stumatissimo, applaudere vo-
luit, debuit

D. Adam. Fridric. Pezoldt.



Grandior ergo Tibi, feliciter
potuit esse

Exequium, non Gratia Tibi
Abbat monachi, Caspae

Alf adne semper cordula
precor, precor

His paucis Notis, me Experientia
De Doctoribus, Amico in
tamquam, apparet, quod

hoc, deum

D. Anton. P. Tibi, Tibi



FAT

I

H

GB

Med,

A

Me

4444

Ty

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B					W	G	K	C	Y	M						



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18

Centimetres

Inches